

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

Johann Sleker Friedrich Habersack

**Exercitationum Philosophicarum Quarta. De Veritatis Cognoscendae Facultate,  
Facilitate, Vi, Ac Difficultate**

Rostochii: Pedanus, 1612

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn72913220X>

Druck Freier  Zugang



F. Sicker.  
R. U. phil. 1612.



D. T. O. M. A.  
Exercitationum Philosophicarum  
Quarta.  
**DE VERITATIS**  
**COGNOSCENDÆ FA-**  
**CULTATE, FACILITATE, VI.**  
**AC DIFFICULTATE.**

PUBLICHE PROPOSITA  
à  
**M. JOHANNE SLEKERO**  
Ph. P. P.

RESPONDENTE  
**FRIDERICO HABERSACH**  
Lippia - Westph.

Habebitur disputatio in auditorio Septentrionali 21. Octob.



**ROSTOCHII**  
**Typis exscriptis Joachimus Pedanus**  
ANNO M. DC. XIL

  
*Clariſſ. Consultiſſ. & ampliſſ.  
Viriſ:*

D<sup>N</sup>. CUNRADO Schuſſ J. U. D.  
D<sup>N</sup>. HENRICO BURCHAR-  
DO J. u. D.  
D<sup>N</sup>. HENRICO WESTER-  
M A N N O,  
Reipubl. patriæ proconsuli.

U T E T

*Præſtantiß. doctrina & virtute politiſſ.  
viro-juveni,*

D<sup>N</sup>. M. HERMANNO Westhoff/  
SS. Theol. Studioſo,

*Patronis, promotoribus, ac fautoribus  
meis officioſe colendis*

Hoc exercitium Philosophicum

D. I. C. O.

Fridericus Habersach  
Resp.

Veritas in rebus : appetitus cognoscendi in nobis : Ergo & facultas ?  
quam ipsa veritas nonnunquam impellat : quod probo : veritatis cognitio-  
nem partim facilem partim difficilem, explico. utriusq; causam do; quæstio-  
nem dissolvo. Ecquid abstractorū Quidditativa notitia nobis sit possibilis?

### THESES I.

**I**OC ergo naturae nostrae fundamentum ; hic primus Vide disp.  
Intellectus nostri statutus : ea fames sitq; cognoscen- Tertiam.  
di, quem diximus, & fausto nova dissertatione  
diximus auspicio.

2. Praclare namq; Averr. 2. Metaph. com. i.  
Ab omnibus (inquit) concessum est Nullam rem in  
fundamento naturae otiosam esse. Nec minus eleganter Themist. 1.  
an. t. 13. nihil in naturae rebus, (quod à natura,) torpere, nihil feria-  
ris sua in singulis ingenia contineri : efficia quaq; & gestiones suas  
agnoscere, agitare, & quasi pensa absolvere.

3. Et quid ergo homo? Anne qui naturae intellectualis est, ad  
intellectionis palestram non descendat? anne qui in potentia est.  
Intellectus noster, ad cœnæxas non aspires? Anne, qui natura sci-  
re desiderat, certum cupita rei fructum assequi non poterit?

4. Ad Heraclitum abeant & Cratylum, quibus sic delirare  
vixum est. Nos ducem contra hos sequemur Arist. qui i. Metaph.  
c. 6. 4. Metaph. c. 5. rebus quidem ipsis veritatem ac constantiam  
nobis vero comprehensionis scientiag, duximus sartam rectamq; de-  
dicti ut cum Averr. nunc rectissime possimus concludere: Nulla res  
in fundamento naturae ociosa est. At desiderium cognoscendi, est in  
fundamento naturae. Ergo non frustra.

5. Effet autem frustra, si vel in rebus ipsis nulla veritatis con-  
stantia, vel nulla in nobis comprehendendi facultas.

6. Nec pluribus hic opus est, si quibus in rem presentem veni-  
re lubido sit. Nulla enim peregrina res est. (ait Cassiod. de Anima  
c. 1.) de sensu propriog. Intellectu loqui; quando sibi Natura interro-  
gata respondet: nec longe tendit, ut se invenire prævaleat,

9. In veritatē ergo contemplatione, facilitatem nonnunquam experitur Intellectus plerumq; difficultatem. 2. Metaph. t. 1.

8. Cujuscce quidem rei indicium est, quod neg, eam ( $\alpha\zeta\lambda\omega\varsigma$ ) pro dignitate quisquam esse qui potuerit, (tanta nimis rei difficultas est) nec ullus tamen in obscurissimis etiam naturae saltibus indagine hactenus solertioris versatus sit, quin veritati propior factus ad gazeophylacium ejus (ut hoc loco ait Scotus) aliquid contulisse videatur.

9. Qua res in obscuritate natura majori philosophantium diffensioni magis obnoxia, quam ipsa Principiorum ratio? Et tamen in Contradicione principiorum, (id quod totius rei caput est) conspirasse omnes, non ratione aliqua ductos, sed quasi coactos ab ipsa veritate, Arist. 1. Phys. t. 48. testis est.

10. Coactos autem? & ab ipsa veritate? Ita inquam Aristoteles, & vere. Quamvis ejusce rei rationem, qui Platonica Philosophia insistat, expeditam habeat: nobis explicatu difficilior sit. & paucissimis interpretibus hoc in loco (1. Phys. t. 48.) tacta: quam tamen in transcurso ex naturali illo sciendi appetitu hū vertagū investigare promptum est.

11. Nihil appetentius similium sui, nihil rapacius quam natura. Cic. in Lal.

12. Hac ipsa est, qua tacito quodam sensu, absq; ulla vel arte vel ratione ad objectum suum fertur, inq; eo praesenti amplectendo, simplici ille naturalis inclinationis versatur impulsu. Nisi quod ipso natura artificiosa sit, & habeat quasi viam quandam & sectam, quam in bono & perfectione sibi ascenda sequatur, Cic. 2. de nat. D.

13. Hinc constat, bonis inter bonos, quasi necessariam benevolentiam esse. Cic. in Lal. Hinc ille lucis hujus amor: tenebrarum fuga. Et oscitantem qui viderit quod oscitare incipiat: consentiente videlicet natura animalium inter se: qua & affici mutuo aptissima est, maxime brutorum! Alex. in probl.

14. An quod in homine ratio sese interponens, corrigere nonnunquam vel inducere satagit, quod primo illo natura appulsi erat insinuatum? Ita est profecto: non in faminis tantum (quarum que

adili-

et deliberata mente, pejora habentur consilia; prima meliora) sed ipsi philosophi.

15. Antiqui enim illi, quod primo et simplici transmutationum naturalium intuitus aevi loyos conceperant, & λέγως tenuisse dicuntur; non decretorum aliqua scientia, (in hū enim mentium caligo: 43. 44. nec error tantum, sed errorum se se ostentavit amor) sed ut in tripode Musarum, ipsi parum sui conscienti, solius veritatis quasi afflato.

16. Quam multa enim op̄t̄os dicuntur, rei nimirum ipsi consentaneas qua si ipsos species dicentes, τοι εὐδότως dicta merito habentur? Nempe quod naturali quadam (de divinū alibi sermo) conspiratione et assensu peracta sint. Sicut alia ejusdem naturae vis ardentib[er]e quadam disjunguntur.

17. Non amo te Volusii, inquit Catullus, nec possum dicere quare; Hoc tantum possum dicere, Non amo te. Et quid mirum si veritas aliqua vis sit, vel omnium sibi, vel meliorum deponens assensum? Ut n. homines propius aberant ab ortu et divina progenie, hoc eriam melius ea, qua erant vera animadvertisse, credimus Platonis: Imo Aristotelis: opud quae παλαιῶν λόγων mentio honorifica, et autoritas prima, quod quicq[ue] sibi persuasum habere debeat, veteres, ad maxime patrias traditiones esse verissimas.

18. In omnibus tamen Natura inest divinum quiddam, per quod in idem tendunt. 7. Eth. c. 13. Adeoq[ue] recte Hesiodus, Fama autem haud dubie non funditus interit illa. Quā multi celebrant populi.

19. Sic ergo Intellectus noster sciendi desiderio excitatus, hac interna mentis commotione, et quasi Apollinei numinis (ut Jamblicus dicebat) contactu, ex rerum imaginibus, verum sibi cognatum, firma conjectura elicit et necessitate quadam suscipit; magno et facultatis et facilitatis ejus, qua de hic loquimur, argumento: qua resurgent, sive ministeria sensuum species, (quorum certo, iudicio, ut Lucretius ait, vera et falsa notantur) seu primorum principiorum (scilicet complexorum) evidentiam, qua (esse clarissima luce) intellectu existunt.

20. Quam quidem ob causam naturaliter nobis, et ex se nota  
A 3  
esse

esse dicuntur non, quasi actu ipso insita sint, (error enim hic est, alibi refutandus) sed quod simpli cibus eorum terminis perceptis, firmo et necessario planèq; naturali mentis assensu absq; ulla difficultate vel errore suscipiantur.

21. Quid? quod in omni doctrinae institutione quarundam antecedente & quasi præcurrente notitia ad disciplinarum adyta deducamur. 1. Post. t. i. quæ domi vel sponte nobis nascuntur, & juuam ipsam contemplationis secretioris ostendant.

22. Janua vero hac aperta, ut quaq; maxime præclara, sic labiosa egere disquisitione videntur. Nec velle ac posse in quo hic possum, nisi Carneadis exemplo tanta rerum difficultati par studium accedat discensis.

23. Imò ne sic quidem àxiōs ad veritatis notitiam accedere nos posse; Arist. hic præclarè docet, & testatur experientia. Deus ipse veram in tabulis divinae Legis causam revelavit: & si quæ alia ex natura possit luce derivari, ad eam reliquas disquisitionis hujus partes age transferamus.

24. Et hac in re, vide mibi, quām se aliqua facile dant; alia ysdem cum Veritate nodis in voluta latent. Aut enim in rebus cognoscendis, aut Intellectu cognoscente positam difficultatem causam id mehercles cognitu facilimum. Sed in quonam horum? id vero ambiguum est.

25. Rebus ipsis, perenni motu defluentibus, causam ascribas Heraclitus. Aristoteles in nobis eam ponit, & ratione probat. Alij quæstione ad arbitrium vocata, & his & illis acceptam ferunt: Ad quorum sententiam quoties descendere mibi lubido est, hocce me certarum assertionum committere placet vehiculo.

26. Intellectus & Intelligibile ut Intellectionis connubio aptè facileq; jungantur, paria esse necesse est, & mutua proportione jam inter se affecta: Valeat enim & hic quod dicitur. Si qua velis aptè nubere nube pari.

27. Ut virtus omnis, Ita & Intellectionis hac potestas, ipsius intellectualis essentiae modum, prescriptionemq; sequitur; ut infinito finitas in Infinito infinita sit. Si

28. Si tanta sit cognoscendi potestas, quantum cognoscibilitatis  
in ipso objecto: & rursus: magna ex hac aquabilitate, cognoscendi fa-  
cilitatem arguo, idq; sensu exemplo, quo nihil hic accommodatum est.

29. Ea vero in quibus non est, et si difficultatem pariat & ob-  
securitatem Intellectionis, Intellectionem tamen non plane tollit: nec  
proportionis illam rationem evertit. Tantum enim ab excellenti  
cognoscet objecto, quantum ad recipientis conditionem sese trahi, ob-  
jecti permittet natura.

30. Incrementum ergo hic aliquod est, sive Intellectum respi-  
ciat, sive objectum: prout vel illud, vel hoc, nobilitate alterius excedit.

31. Quo intellectus perfectior atq; sublimior est, eo non tan-  
tum cognatas sibi in illo nobilitatis censu res intuebitur exactius, sed  
etiam longe remotas & infra se positas.

32. Quicquid Intellectum in potentia existentem ad Intellec-  
tionis actum deducere debet, id actu ut sit necesse est: Imo ut spiri-  
tuale & immateriale etiam sit, necesse est: ad minimum in esse re-  
presentativo, quod obtinet in specie sua intelligibili.

33. Nihil ergo per se intelligi natum est, quod Ens non sit, imo  
quod Ens actu non sit.

34. Et quantum res unaquaq; magis actu, (ut Deus & Intelli-  
gentia) tanto etiam ex se magis intelligibilis. ex sc inquam, non tamen  
nobis. Et hoc pertinet jam Aristotelis illud Quemadmodum vesper-  
tilionum oculi se habent ad lumen diurnum, ita & anima nostra mens  
ad ea, quae natura sua sunt omnium manifestissima.

35. Obscura ergo haec nobis propter excellentiam nobilitatis, (inquit Scal.) cuius-  
fulgori comparatus intellectus pene tenebrosus est. Ut que in his cognoscendis (si  
modo cognosci possunt) difficultas est, ejus omnis sit causa in nobis. Absq; hac fuerit,  
inquit Thomas, & cur maxime intelligibile non maxime intelligatur?

36. Alia contraria latent nos propter exiguitatem naturae sue, que nullam pene sui  
speciem creare possunt in animis nostris; ut materia prima: que a mortalium cogni-  
tione tam longe sita est, vix ut clivis adulterina etiam notione, (ut Plato profiteretur)  
cognita, unius Aristotelii cultu (analogiae beneficio) sera ceperit incrementa. Scal.  
proem. l. de pl.

37. Et tamen hoc aeo repertus, qui cum tuis rationibus scientiam constitueret,  
primum

primum etiam adhuc quas lapidem posuit ipsum nihil : magno hercules infinita  
disquisitionis convicie, si quipiam ex nobis regitur auctor, An nihil cognitio faci-  
les sit an difficilis?

38. Sed nobis hic redeundum ad id, quod quidem in disquisitione hac proximum est, Nunquid videlicet ad hunc rerum à materia abstractarum solem præfulgi-  
dum, Intellectus noster planè cæcus, an saltem tenebrosus sit?

39. Aliter enim in similitudine illa Vespertilionum explicanda Averroes, aliter Thomas versetur; aliter alij, prout uenit unusquisque, affectus est erga questionem  
hanc Ecclid de Intelligentijs, quorum Rex ipse Deus est, Quiditativa nobis aliqua  
cognitio reliqua sit?

40. Averr. l. de anima beat. c. 3. totum se inquit evoluisse Arist. nec sibi tamen  
questionis hujus solutionem ait repartam: ideoq; nullibi eam definitam proficitur  
z. an. 36. Cum alij tamen ex 9. Metaph. t. 22. 12. Metaph. t. 3. non obscuram  
hujuscemodi rei conjecturam capiant.

41. Scoti cum Thoma in hac etiam questione magna pugna est, dum illa non  
levi contentione affirmat, hic negat. Nobis cum Ag. Ferr. Cajet. Fons. &c. lis posita  
videtur in verbis: quod sc. notionem Quiditativam alicet hic, aliter accipit ille.

42. Neq; enim tam insolenti Scotorum ingenio est, ut Deum per omnia prædicata,  
essentia ejus congrua, usq; ad ultimas quasi differentias ab hominie cognosci posse exi-  
stimer. Neq; etiam negat Thomas, cognosci de illo posse, quod maxime ei essen-  
tiale, nimurum Quod sit Ipsum Ens & esse suum: quod Esse illius sit Esse per  
essentiam &c.

43. In quibus ipsis tamen cognoscendis & maxima tenuitas, & summa diffi-  
culty est: primum quod Intellectus noster, phantasmata speculari consuetus, nisi per  
corporeos rerum conceptus nihil intelligat: Et hi vero abstractissima illi essentio  
pares esse non possint.

44. Tum vero se offert, summa illa & infinita Dei perfectio, quam si cognosce-  
res tu, inquit eleganter Cardanus, (lib. de Deo & Univ.) Deus es. Solus enim se-  
ipsum novit, qui omnia novit cum sit omnia, super omnia, præter omnia. Τα εργά-  
τικά ἔχω τοῦ Θεού, ut Hierotheus inquis apud Dionys.

45. Obstat & unitas illa maxime simplex, & simplicitas maxime una: secun-  
dum quam omnia primi Entis attributa, licet purissima simplicitate uniantur;  
Intellectus tamen in concipiendis illis, in plures resolvitur conceptus, & in  
plura distractus, quod in se eminenter unum est,

42 43





pateat bonitas (nempe & mediorum est) & natura  
finis relatione omni praecisa, adhuc rei inesse con-

30. Tum enim demum causalitatem finis res  
bona est, & bonitatem suam efficienti insinuat, qua  
& appetere incipiat, & actu ipso ad prosecutionem e-


31. Ita nimirum in Bonitate, ut fundamenta  
rum finis, tum appetibili, ut dixi, recumbit: sal  
differunt invicem, formalitate & ratione propria:  
fulgebunt, nodo eo quem perfectionis cum essentia  
nitas necit, soluto.

32. Id cum breviter faciendum sit, pro loci ar-  
me etiam fieri poterit, certarum assertionum consti-  
tuec I. Omne Ens reale, eo ipso quod non sit nihil  
nem quandam, & bonitatem sibi convenientem h.  
quod hujusmodi bonitatem in se vere habet, reale E.  
hoc modo, Bonum & perfectum, sunt inter se iden-  
tum ipso Ente. In re, inquam: ut intelligas distinctas  
intervenire tamen, rationis: qua & formalem qua-  
priam consequantur rationem, eademq. Enti supera-  
rum veniant affectionum Entis.

33. Et hinc est, quad Ens quidem ipsum con-  
fessionis tamen aut bonitatis notio adhuc lateat. His  
Perfectum & bonum, distinctas affectiones non con-  
formalem, (hoc modo,) rationem oblinuant eandem

34. Ea vero in possessione ejus quod sibi per na-  
re posita, rectissime explicatur negatione defectu, in c-  
tale ens est.

35. Perfecta, inquit Averr. 5. Met. t. 25. d.  
rum nihil inventur in eis, per quod dicuntur impa-  
tic quidem ipsa cuiusq. rei natura, & essentia, nullo  
tionum superveniente respectu, in seipsa dicitur esse  
materia, & forma, quibus, res in suo esse constitui  
perfectiones rei merito habentur.



the scale towards document